



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De clerico, qui dixit Episcopus Alemaniae non posse saluari, cap. 28

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

LIBER SECVNDVS. 91

remanebit ibi virtus baptismi tui. Quod verbū puella audiens, & execrans, contra matrem spuit, fugiens ab illa: Prædictus miles, cū sit ætate iuuenis, nec tamen multum diues, virginem loco filiaē nutrit, volēs illam tradere viro, vel in aliquo locare monasterio. APOLLONIVS: Quid dicturus est Episcopus Leodiensis in die iudicij, cū viderit hunc militem de virginis huius cōuersione gloriari? CÆSARIVS: Non est nostrum Episcopos iudicare, cū sæpe à multis multum, sine causa etiam quandoque iudicentur.

## CAPVT XXVIII.

CLERICVS quidam Parisijs ante paucos annos *Episcopo* verbum terribile contra Episcopos locutus est, *rumonus* dicens: Omnia credere possum, sed vix credere *& peri-* possum, quòd vnquam aliquis Episcopus Alemania *culum.* possit saluari. APOLLONIVS: Quare magis iudicauit Episcopos Alemania, quā Episcopos Gallia, Anglia, Logobardia, vel Tuscia? CÆSARIVS: Quia penè omnes Episcopi Alemania vtrumque habent gladium, spiritualem videlicet & materiale; & quia de sanguine iudicant, & bella exercent, magis eos sollicitos esse oportet de stipēdijs militum, quā de salute animarum sibi commissarum. Inuenimus tamen ex ipsis Episcopis Coloniensibus, qui pontifices simul fuerūt & duces, aliquos fuisse sanctos, beatum videlicet Brunonem, sanctum Heribertum, & sanctum Annonem. Occasione verbi iam dicti clerici, recordor & alterius cuiusdam verbi, adhuc terribilius, à quodam defuncto, contra Episcopos prolati.

## CAPVT XXIX.

IN Claraualle nostris temporibus monachus quidam in Episcopum electus est, quem cū electores requirerent, & ille onus suscipere renueret, imperium Abbatis eius vel Episcopi accessit, sed imperantibus non acquieuit: & cessatum est ab eo, atque non multo post defunctus; qui cuidam sibi familiari manifestè apparēs post mortē, requisitus de statu suo, & si aliquid timeret de illa inobediētia, respōdit: Nō, & adiecit: Si obediens fuissē, & Episcopatum illum susce-